

2012 NJCL Latin ½ and 1 Reading Comprehension Test

Passage 1—Pyrrhus

In Siciliā erat magnum templum deae Proserpinae. Incolae templum multīs statuīs aureīs complēverant quod deam amābant. Pyrrhus fuit rēx Graecus sed in Siciliā cum mīlitibus suīs erat. Mīlitēs Pyrrhī, ubi statuās cognōvērunt, clamābant, "Occupā templum, bone rēx. Statuās ad Italiam portā. Vende statuās, et magnam pecūniam habēbis. Inde pecūniam ad Siciliam reportā et partem nōbīs dā. Ita laetī erimus et cum studiō pugnābimus."

Itaque Pyrrhus statuās aureās ex templō Proserpinae multā nocte remōvit et in quattuor nāvibus collocāvit. Sed nāvēs, ubi ex īnsulā Siciliā hieme nāvīgāvērunt, tempestāte magnā dēlētae sunt. Nautae Pyrrhī necātī sunt. Multa corpora nautārum in marī erant. Sed aqua maris ad lītus Siciliāe statuās reportāvit, et incolae in templum reposuērunt.

1. Quem incolae amāvērunt?
A. templum B. deam C. stātuās D. Pyrrhum
2. Quid in templō fuit?
A. dea B. incolae C. stātuae D. Pyrrhus
3. Ubi templum fuit?
A. in Siciliā B. in Graeciā C. in Italiā D. in sociīs
4. Quī pecūniam volēbant?
A. Pyrrhus B. incolae C. Proserpina D. mīlitēs
5. Quōmodō Pyrrhus pecūniam habēbit?
A. deam precandō B. statuās vendendō C. mīlitēs necandō D. ad Siciliam navigandō
6. Quis deinde pecūniam habēbit?
A. incolae B. templum C. mīlitēs D. Proserpina
7. Pecunia mīlitēs _____ faciet.
A. mortuōs B. magnōs C. aureōs D. laetōs
8. Quis statuās ē templō cēpit?
A. Pyrrhus B. incolae C. mīlitēs D. tempestās
9. Ubi staturae captae sunt?
A. nocte B. diē C. mox D. apertē
10. Quot nāvēs statuās ad Italiā portāvērunt?
A. una B. duae C. trēs D. quattuor
11. Ubi nāvēs nāvīgāvērunt?
A. multā nocte B. hieme C. quattuor D. tempestāte magnā
12. Nāvēs ad Italiā pervēnērunt.
A. vērūm B. falsūm
13. Ubi sunt staturae nunc?
A. in marī B. in nāvibus C. in Siciliā D. in Graeciā

Passage 2—Herculēs

pastor ferōx et fortissimus, nōmine Cacus, postquam somnus Herculem oppressit, optimōs bovēs Herculis caudīs in spēluncam suam trāxit. prīmā lūce Herculēs surrēxit et bovēs numerāvit. sēnsit paucōs bovēs abesse. ambulāvit igitur ad proximam spēluncam, quod bovēs in illō locō quaerere volēbat.

Herculēs, ubi ad spēluncam Cacī advēnit, multa vestīgia bovum sed nullōs bovēs vīdit. ecce! vestīgia prope spēluncam sed in spēluncam ībant. cōnfūsus et incertus, Herculēs ā spēluncā discessit, et ē locō periculōsō cēterōs bovēs dūcēbat. deinde Herculēs vōcēs bovum, quōs Cacus in spēluncā inclūserant, audīvit. Herculēs ad spēluncam revēnit. Cacus autem eum prohibēre temptāvit. Herculēs igitur Cacus fuste necāvit.

14. quis erat Cacus?
 A. amīcus Herculis B. gladiātor C. animal ferōx D. pastor
15. Eratne Cacus timidus?
 A. minimē B. ita, valdē C. paulum D. nimium
16. quāndō Cacus bovēs Herculis arripuit?
 A. p̄mā lūce C. antequam somnus Herculem oppressit
 B. postquam Hercules obdormīvit D. dum Herculēs in sp̄luncā sē cēlat
17. quālēs bōvēs Cacus surripuit?
 A. ignāvōs B. ĩnfīrmōs C. optimōs D. defessōs
18. quāndō Herculēs surrēxit?
 A. meridiē B. mediā nocte C. tertiā hōrā D. p̄mā luce
19. quid fēcit Hercules postquam surrēxit?
 A. sē lāvīt B. bovēs numerāvit C. pānem cōnsūpsit D. ad vīllam ambulāvit
20. quot bovēs aberant?
 A. paucī B. omnēs C. multī D. vigintī et duo
21. quid ergo Hercules fēcit?
 A. ĩrātus factus est B. lacrimāvit C. iterum numerāvit D. bovēs quaesīvit
22. quō ambulāvit Herculēs?
 A. in silvam B. ad vīllam C. per agrōs D. ad sp̄luncam
23. Herculēsne bovēs ibi invēnit?
 A. minimē, nūllōs B. ita, omnēs C. tantum paucōs D. ita, plūrimōs
24. quid autem vīdit Herculēs?
 A. Cacum B. equōs C. vestīgia D. servum magnum
25. Herculēs suōs bovēs reliquōs abdūcēbat quod . . .
 A. erat timidus B. sēnsit eōs in perīculō esse C. bovēs erant aegrī D. defessus erat
26. quid audīvit Herculēs dum bovēs abdūcit?
 A. sonitum bovum B. vōcem Cacī C. canēs ferōcēs D. vōcem deī
27. quid Herculēs deinde fēcit?
 A. bovēs cēlāvit B. lacrimāvit C. cōnsēdit D. ad sp̄luncam revēnit
28. quis ad sp̄luncam aderat?
 A. bōs mortuus B. Cacus C. Iuppiter D. amīcus suus
29. quid deinde accidit?
 A. Herculēs in sp̄luncam cucurrit C. Cacus Herculem prohibēre temptāvit
 B. Cacus Herculem necāvit D. Herculēs in aquam cecidit
30. quid ergo fēcit Herculēs?
 A. obdormīvit B. Cacum interfēcit C. bovēs nēcavit D. fustem dēiēcit

Passage 3—Pompēius pīrātās ē mārī removet

multī pīrātae erant in omnibus partibus maris. dum enim legiōnēs Rōmānae contra aliōs hostēs pugnāt, pīrātae audācēs erant, et nōn mōdō nāvēs sed etiam ĩnsulās urbēsque oppugnāvērunt. brevī tempore pīrātae multam pecūniam habuērunt.

pīrātae scelus pessimum committēbant. cīvēs dīvītēs cēpērunt et pecūniam prō eīs petīvērunt. pīrātae captīvōs, quī cīvēs Rōmānī erant, necāvērunt, nisi captīvī promīsērunt plūrimam pecūniam pīrātīs. mox mare plēnum pīrātārum fuit, et nēmō navigāre volēbat; populus Rōmānus frūmentum nōn habuit.

tandem senātōrēs volēbant Pompēium pīrātās opprīmere; itaque eī imperium terrā marīque dedērunt. Pompēius cum multīs copiīs discessit. Pompēius mare in trēdecim partēs dividit, et ducēs Rōmānī pīrātās in omnibus partibus simul oppugnāvērunt. ita pīrātās cēpērunt. mox tōtum mare līberum fuit.

Pompēius pīrātās vīcit, et Romam rediit. plūrimī cīvēs ad portās vēnērunt et eum salūtāvērunt. cīvēs enim gaudēbant, quod tabernae iam plēnae omnium rērum erant. paucī tamen pīrātāe, quī vīvī erant, in Ciliciam effūgerant; nam ibi castra in montibus habēbant. Pompēius, simul ac hoc cognōvit, Romā discessit. brevissimō

tempore aliōs pīrātās in proeliō interfēcit, et aliōs pīrātās cēpit. pessimōs pīrātās in carcerem posuit, et castra pīrātārum dēlēvit. Pompēius hoc bellum centum diēbus cōnfēcit.

31. quis est imperātor quī in hāc fābulā contrā pīrātās pugnat?
A. Caesar B. Metellus C. Cicerō D. Pompēius
32. in pīncipiō fabulae, ubi erant pīrātae?
A. in Ciliciā B. prope Āfricam C. ubique D. in sinū Tarentī
33. quid faciēbant legiōnēs Rōmānae?
A. hostēs aliōs pugnābant C. in hibernīs manēbant
B. in Campō Martiō sē exercēbant D. iter longissimum per Italiam faciēbant
34. quomodō pīrātae sē gerēbant?
A. magnā cum laetitiā B. bene C. audacter D. humiliter
35. quem pīrātae nōn oppugnābant?
A. sē B. oppida C. nāvēs D. īsulās
36. quid accidit postquam pīrātae oppugnāvērunt?
A. multās nāvēs amīsērunt C. multam pecūniam obtinuērunt
B. urbēs splendidās condidērunt D. agrīcolās miserōs interfēcērunt
37. quid fuit 'scelus pessimum'?
A. promisērunt pecūniam B. multam pecūniam C. navīgāre volēbat D. cīvēs cēpērunt
38. quālēs fuērunt cīvēs?
A. bonī B. dīvitēs C. femineae D. pīrātae
39. pīrātae cīvēs Rōmānōs nēcāvērunt quod . . .
A. pīrātīs multam pecūniam nōn prōmīsērunt C. erant inutilēs
B. fortiter clāmābant D. cīvēs Rōmānōs nōn amābant
40. Rōmānī navīgāre nōlēbant quod . . .
A. navīgāre nesciēbant B. hiēms erat C. mortem timēbant D. multī pīrātae in mārī erant
41. quid Romae nōn fuit?
A. populus B. frumentum C. cīvēs D. Pompēius
42. quod cōnsilium senātus cēpit?
A. frūmentum pīrātīs vēdidit C. populum opprīmere constituit
B. Pompēium contrā pīrātās mīsērunt D. pīrātās ad Urbem invītāvit
43. quot copiās Pompēius habēbat?
A. nullās B. paucās C. multās D. quattuor
44. quomodō Pompēius rem administrāvit?
A. pīrātās Romam invītāvit C. dūcēs in ordinēs longissimōs instrūxērunt et oratiōnem habuit
B. trēdecim nāvēs cēpit D. mare in partibus dīvidit et omnēs pīrātās simul oppugnāvit
45. quid, postquam pīrātās cēpit, fēcit Pompēius?
A. pīrātās in servitūtem vendidit C. Romam rediit
B. omnēs pīrātās in nāve submersūrā collocāvit D. omnēs pīrātās liberāvit
46. cīvēs viās complēvērunt . . .
A. quod nūllum frūmentum habēbant C. quod pīrātae aufūgere volēbant
B. quod Pompēium salutāre volēbant D. quod pecūniam cupiēbant
47. quō pīrātae, quōs Pompēius nōn interfēcērunt, fūgērunt?
A. in mare B. Romam C. ad castra D. domum
48. quot pīrātae aufūgērunt?
A. paucī B. omnēs C. nullī D. plūrimī
49. quot diēs Pompēius contrā pīrātās bellum gessit?
A. trēs B. multōs C. ūnum D. centum
50. omnēs pīrātae necātī sunt.
A. vērūm B. falsūm